



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Consumes rem bona fide acceptam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

constat, dicor, & sum malæ fidei possessor. Quod si non constet rem esse meam, sed nec constet esse alienam, dicor possessor dubiæ fidei.

2. Sit jam Regula prima ex *Less. lib. 2. c. 14. d. 1. Mol. tom. 3. d. 7. 18.* alique apud *Sanch. l. 2. in dec. exp. 23. n. 34.* *Die. lib. 2. de iust. tr. 2. d. 5. dub. 1.* Si quis rem alienam bona fide, ut suam quocunque titulo accepit, statim, atque certò advenit esse alienam, debet illam eandem, si extat, reddere domino: imò dominus potest sibi eandem, ubicunque illam invenit, vindicare. Ratio est, quia res quomodocunque accepta, ubicunque est, domini est. Quare, nisi, qui eam habet, statim reddat, incipit esse injustus detentor, & subintrat pro consequenti tempore radix restitutionis ex injusta acceptione, de qua in *precedenti capite* dictum est, quia rei alienæ detentio est continuata ablatio.

3. Dixi (certò advenit) nam si sub dubio, vel sub probabilitate, que non faciat moralem certitudinem, non est obligatus reddere, ut fuscè diximus *sup. lib. 1. in dec. cap. 3. d. §. 3. & deinceps*, & mox innuam, n. 15.

4. Dixi item (illam eandem) nam non potest unum pro alio, invito creditore, restituere *leg. Manifesti, C. de solut. cum* creditor non solum habeat ius iustitiæ ad rem ejusque valorem, sed etiam ad hanc rem. Ita Vasquez, Val. Mol. Rebel. Lop. Sotus, quos citat, sequiturque *Di. cast. lib. 2. de iust. tract. 2. disp. 2. dub. 2. num. 14. & 2.* contra Petr. Navar. dicentem solum esse contra Charitatem.

Duas tamen adhibeo limitationes: Alteram, In rebus usu consumptibilibus, seu functionem habentibus, facile posse reddi unum pro alio in eadem specie, v. g. debet quis mensuram frumenti æquæ boni reddere: Ratio est, quia hæc sunt ad eam æquivalentia, ut non sit judicandus invitatus creditor. Alteram, In rebus, quæ functionem non recipiunt, tunc solum potest unum pro altero æqualis pretij debitor restituere, verbi gratia, veste pro equo, humo, equo pro alio, imò pecunia pro equo; &c. quando creditor non habet peculiarem affectum ad rem suam individuum. Ratio est eadem, quia tunc non erit graviter invitatus creditor. Atque hæc doctrina cum prædictis duabus limitationibus propter paritatem rationis locum habet etiam in possessore malæ fidei, quando res est restituenda ex radice injustæ acceptionis.

5. Regula secunda ex iisdem, & *passim*: Si rem alienam bona fide acceptam, bona item fide in totum quæ consumpsit, vel destruxit, nihil remanente, in quo factus sit ditior, sive fuerit res ex se consumptibilis, & ut Iurisperiti loquuntur, functionem recipiens, ut tritum, vinum, &c. sive non, ut equus, vestis, &c. ad nihil tenetur, quando deinde advertit se consumpsisse rem alienam. Ratio est, quia, cum sine culpa contra iustitiam fuerit destructa, non est caput, unde oriatur obligatio restitutionis. Dico contra iustitiam, nam quamvis destruxerit lascivendo, v. g. vel simili modo, cum non fecerit contra iustitiam, onus restitutionis non incurrit.

Petes primò: Quando res inestimabilem alienam cum mea misceo, judicandumque est, rem alienam extare, atque adeò me debere illam in individuo: an judicandum potius esse destructam, atque adeò me debere pretium, sed, id quo factus sum ditior? Respondeo, id colliges ex mox dicendis §. 4.

6. Petes, hac occasione secundò: Si mihi mercator tradat merces usu non consumptibiles, quas meæ dispositioni committat, dicendo, verbi gratia: Committo tibi has merces, ut de illis disponas, v. g. vendas, quomodo vis, dummodo correspondeas mihi, tradendo id, quod ex illarum distractione conquiret: vel quod in idem reciderit: si mihi mercator easdem tradat iusto pretio æstimatas, ut illud pretium eidem mercatori post illarum distractionem sine fraude restituam, si, inquam, mihi sic consignentur merces, judicandumne eris, rem alienam extare, atque adeò restituendum in individuo; an transisse in meum dominium, atque adeò solum

restituendum, Nam absolute, nulla alia voluntate accedente, merces sunt mercatoris: solum enim committit (sic enim supponitur) ut eas more mercatoris, seu utilis gestoris negotiorum ipsius dicta moraliter diligenti, vendas. At si accedat aliquid actus tuus, quo illas velis tibi emere, vel ipso actu citò de illis mercibus disponas, tanquam de tuis, ut si la pignori des tuo creditori, vel tuo familiari, vel alio modo consumas, tunc merces erunt jam cum obligatione reddendi pretium mercatori, quia tunc actualiter, vel virtualiter emisti, & consequenter creditor, vel amicus nihil debebunt mercatori: siquidem si rem tuam, non rem mercatoris acceperunt. In *Val. decif. 503.* Si tamen eas, extra necessitatem extremam, graves, donec, vel pignori des tuo dicto creditore, videndo sibi non suppetere, unde possis facere meritori factis, peccas contra fidelitatem procuratoriam, quidquid, si id fuerit in re notabili, peccas graviter, si se parer, remanente sèper in te obligatione restitutionis pretij, si quando potens, solvendo fueris.

An verò creditor, vel amicus, dum has accepit prævidentes suum pretium mercatori defuturum, progent, necne, sive te inducant ad dandum, sive non, cum ex dicendis §. 4. num. 29. colligi poterit.

7. Regula tertia ex *DD. cit. l. i. C. si res non totum destructa, sed remanet in aliquo, quo redditur* est quis locupletior, hoc, quo factus est locupletior, debet is restituere, ut primum advertit id sibi provenisse ex re aliena; Vt accidit, exempli gratia, quis rem alienam bona fide vendidisset, & pretium habuisset à venditore. Ratio est, quia hoc succedit rei. Quare, sicuti rem, vel partem rei si extaret, debet sem reddere, sic hoc, quod remanet. Adde non æquum, quæpiam divitem fieri ex re aliena.

Dixi autem (per se provenisse) id enim solum habet loco rei alienæ, non verò id, quod ex occasione ipsius, seu per accidens acquiri. Si enim, v. g. pecuniam, quam bona fide meam puto, negotiationis causa, totum lucrum meum erit, quia adest fructus industriae meæ, nec per se provenit ab aliena pecunia, quæ ex se est sterilis. Pari modo, si occasione, quæ ego vestitus veste aliena pretiosa inviter à Principe, & aliquid lucrer, totum, quod acquiri, meum erit, quia per accidens hoc lucrum sequitur à re aliena.

Consumens rem bona fide acceptam.

8. Ex dictis sit primò, Vt, si quis invitatus ab alio co edat cum illo res ferævas, nesciens esse ex furto, vel nullam restitutionem teneatur, si ipse in nullo factus sit ditior: *Ar. l. 1. §. 1. in sumptibus* aliquid æquale in suo cibo, vel partem æquale, vel partem debet ex communi opinionione restituere, quia in his factus est ditior. Ita iudicant quibus adde Vasquez, *capit. 9. de restitu. §. 2. num. 1. d. 5.*

Dico (ex communi) nam de *Lugo tom. 1. de pecc. d. 17. sect. 1. num. 15.* ex alio capite hunc omnino liberum à restitutione: quia nimirum, dum comedit tanquam Minister, seu instrumentum invitantis, sine culpa de culenta destruit, veluti si gemmam alienam, quam bona fide putat Petri, v. g. proficeret iussu ejusdem Petri in puteum, ergo cum ipse illa non accepit, non contrahit obligationem restituendi ex re accepta. Verum mihi non placuit *sup. tr. 1. cap. 2. §. 5. n. 9. & 10. cum de* ligioso invitato sine Superiori licentia agerem: & cum in hoc casu multò minus placet, saltem ex eo, quod invitatus non utitur his speculationibus, nec intercedit comedere, ut merum instrumentum invitantis, sed merum humano cibum acceptat, & comedit: quare moraliter rem tacite accipit, & consequenter obligatur ex re accepta. Num sic quoad gemmam prædictam, vel quid simile: non enim accipit gemmam, & ut iussu projicit. *Lege Bannez, & Salon. apud Dianam, part. 1. tractat. 5. resolution. 43.* qui ex alio capite nunc bona fide consumentem res unico actu consumptibilis liberat.

Donans rem bona fide acceptam.

Vendens rem bona fide acceptam.

laquies. Quantum debet huic emptori, vel domino
danti totumne pretium, quo, res tibi dono data, vendidisti,
mihi satis fit dari partem? Respondeo, si bona, ut dictum
est, fides vendidisti, medio, vel infimo pretio; totum hoc
debet, quia hoc succedit loco rei domino debite: At si
vendis supremo pretio, vel etiam maiore, id potest eve-
nire ex duplici capite, Lege eisdem q. 6. adde Dicast. lib.
1. ad p. 173. 2. d. 5. dub. 7.

Ex 4 gnito

12. Secundum caput, unde tu carius vendere potuisses rem alienam tibi dono datam, est, quia ejusmodi rem in alium locum transfultis, vel similem non vulgarem diligentiam adhibuisti: & tunc, quia ille excessus est fructus solius tue industriae, potes totum illum tibi attribuerre. Ita ^oMolin. & Layman. apud Dian. *part. 3. tract. 5. resol. 41.* Verum, quia ad plurim rem vendendam non solum valet industria, sed etiam regulariter ipsa substantia rei, quae venditur (quod non est ita in mera negotiatione pecuniae quae ex te sterilis est.) Ideo notat Sanchez, *lib. 2. in Dec. cap. 23. numer. 28.* non totum hunc excessum posse à te retineri, sed solum quantum arbitrio prudentis respondet tuo labori, & industriae: & rectè de Lugo *tom. 1. de just. d. 17. sect. 1. n. 2. 1.* ob hanc rationem docet, tunc, numquam sufficere dare pretium infimum.

Donans pretium rei aliena bona fide vendit.

Respondendo, et dictis, (Lege item Sanchez, *lib. 2. in dec. c. 23. num. 18.*) Nihil Antonius debebit Cafari, quia Antonius in nullo nunc invenitur factus ditior ex Cafaris equo. Rurſus nihil item debet Petrus, quia Petrus nunquam habuit alienum equum, & pecuniam quam dono habuit, accepit ab Antonio domino legitimo illius pecuniæ: qui, ut ſuppono ex mox dicendis, per immiſſionem pretij equi cum ſua pecunia factus eſt dominus illius pretij. Quare, ſicuti licitè quis data à latrone, vel fraudulentò lulore potèſt retinere, quia hi ſunt facti domini illius pecuniæ per admiſſionem cum ſuis (ut ſupponimus) nam ſi facile diſcerni poſſet, reſtituenda eſt, ut potèſt res domini, eſto, perſonaliter remaneant obligati ad reſtitutionem: ita multò magis in caſu noſtro, in quo Antonius bona fide illud pretium acquiſiſſit. Et ſicuti in caſu dicto latronis ex probabili ſententia, quam mox §. 4. num. 26. ſine, afferam mihi non imputatur, ſi quando per donationem illam pecuniæ mihi factam, fiat ipſe latro impotens ad dictam reſtitutionem, quando ego eam impotentiam non prævideo, vel etiam ſi prævideam, latronem tamen non induco ad donandum, ſed ſolùm acceptor: ita etiam in caſu noſtro, &c.

14. Remanet ergo Franciscus, qui quidem est obligandus ad equum reddendum suo domino, nempe Caesari, etiam cum jactura i. e. pecunia: suo enim intertutio debet ascribere quoddam res aliena, ad quam semper jus habet proprius dominus, apud se extare invenitur, sed certe Antonius, quem nihil debere Caesari diximus, debet tamen Francisco totum pretium reddere in casu, quo idem Franciscus Caesari equum suum reddiderit. Ita Sot. Petr. Navarr. Val. Rebella. Azor. Less. apud Dicaftil. l. c. dub. 8. & num. 150. contra Navarr. qui putat satis esse, si Antonius cedat Francisco actionem, quam habet contra. Caesarem Ratio non dicitur ex radice injustae acceptationis, vel ex radice rei acceptae, quae hic, ut patet in Antonio non adsunt; sed ex contractu quo Antonius Francisco rem vendidit; In hoc enim contractu implicite includitur, ut venditor indemnem reddere debeat emptorem, quoad rem venditam, ut scilicet haec sit vendibilis, & ut ipse venditor possit transferre ejus dominium in emptorem. &c. Sanè eodem modo, si vendidisti bona fide vitrum pro gemma, co-